

Országos Rabbikepz. Zsidó Egyetemi Könyvtára

395

395

Frank.

Stb. Uly. r. b.

2. 1760.

127.50
R

R 116 E 594
3429

SEBASTIANI SCHMIDII,
SS. Theol. Doctoris, & in Academia Argen-
toratensi Professoris Senioris, Conventus
Ecclesiastici Præsidis, & Capituli S.
Thomæ Præpositi,

ANNOTATIONES
In
LIBELLUM RUTH.



ARGENTORATI,

Sumptibus Johannis Reinholdi Dulseckeri.
ANNO M. DC. XCVI.

nka
Nemzeti Kultur

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Meef.



כב

ANNOTATIONES
IN
LIBELLUM RUTH.

CAPUT I.

Vers. I.

ויהי בימי שפט השפטים ויהי רעב בארץ וילך איש מבית לחם
יהודה לגור בשדו מואב הוא ואשתו ושני בניו :

Factum est in diebus, quibus judicarunt iudices, ut esset fa-
mes in terra (Israclis): unde ivit vir (aliquis) de Bethle-
hemo Jehudæ, ad peregrinandum in agris Moabi; ipse,
& uxor ipsius, & duo filij ipsius.

Annotatio.



Uare. I. Libellus hic nomine Ruth inscri-
ptus sit, haud difficulter apparebit omni, qui
eum perlegerit. Facile namque inveniet & in-
telliget, quod Ruth, Moabitica femina præcipua
persona sit, de quâ in libello hoc agitur. Moris
namque non tantum in Scriptura Sacra, sed in
profanis quoque scripris, ut tam à præcipuis
personis, de quibus agitur, quam ipsis autori-
bus & compositoribus libri inscribantur. Atque sic bene etiam fa-
ctum est, quod à Ruth titulus illi datus est ab Hebræis jam olim, &
hucusque in Ecclesia Dei retentus. De Autore II. secundario hujus li-
belli certi quid non habetur; imò nec haberi potest. De varijs qui-

A

dem

dem vationum conjectura est: sed quæ incertiorum Lectorem tantum dimittit. Varietatem istam annotavit Dn. D. Calovius, in *Bibl. illustr. h. l.* Autor, inquit, *Libri creditur Ezechias Petro Comestori; Esdras cuidam apud Serarium; rectius autem Isidoro, Eugubino, Tostato, Serario, Bonfrerio, Drusio & Rabbinus Samuel, qui videtur sub hoc tempus vixisse, & librum I. qui Samuelis dicitur, conscripsisse.* In Bibliis autem Germanicis ultimam hanc de Samuele sententiam pro certa tradere videtur, cum scribit; *Das Buch ist vom Propheten Samuel durch Eingebung des H. Geistes geschrieben / umb die Zeiten Heli / wie man aus Josepho abnemmen kan:* Secutus in hoc dici potest Dn. D. Brent. h. l. qui hæc habet: *Hanc historiam factam esse sub Eli Sacerdote, post mortem Simsonis, testatur Josephus: ipse quoque res gesta, quæ in hoc libello describuntur, in ea tempora respiciunt.* Verum enim verò hic etiam valere existimo, quod Dn. D. Calovius ad v. 1. Cap. II. annotat, *incerta hæc omnia esse.* At Dn. D. Gerhard. Exeg. L. de Sc. S. p. 137. simpliciter pronunciat; *Autor hujus libri ignoratur.* In quantum quidem conjecturæ licet; existimaverim, probabilissimam conjecturam fore, si dicatur eundem hujus libelli, qui etiam *libri Judicum*, Autorem esse: ita ut, quemadmodum historia de *Micha & tribu Danis*, nec non historia de bello Gibeonitico ejusque causa, sic hæc quoque de *Ruth* historia quædam libri *Judicum* quasi appendix sit: nisi quod illæ de *Micha* idolo & interitu *Gibea* historiae pars quædam ipsius libri *Judicum* factæ sunt; huic verò de *Ruth* enarrationi, tanquam prolixiori, peculiaris libellus datus est: quale quid etiam contigit libello *Threnorum Jeremiae*. De hoc namque *Threnorum libello* satis certum est, quod à *Jeremia Propheta* conscriptus sit, adeoque quædam Prophetiarum ejus appendix; unde etiam à B. Luthero aliisque in ordine librorum *Biblicorum* libro prophetiarum, sicut *libellus Ruth* libro *Judicum*, subjungitur: quia tamen idem *Threnorum liber* non stylo historico, sed poetico compositus est; peculiaris libellus factus est. Et conjecturam hanc non parum juvat, quod hoc versu primo statim historia *Ruth* ad tempora *Judicum* refertur, cum dicitur; *Factum est in diebus quibus Judices judicaverunt &c.* q. d. in iisdem diebus, quibus judicaverunt iudices, & contigerunt; quæ de idolo *Micha* atque interitu *Gibea* relata in præcedenti libro *Judicum* sunt; factum etiam est &c. Interea quia scriptor secundarius libri *Judicum*, sicut in proleg. *Comment. in librum Judicum* expositum est; incertus est: sic etiam Autor libelli *Ruth*, si maximè idem cum illo existimetur, necessariò

cessariò incertus erit. Neque tamen III. *Autoritatis Canonice libelli* nostri *Ruth* propter incertitudinem Autoris quicquam decessit: quemadmodum ibidem demonstratum est. Quandoquidem enim *Autoritas* libri cujusque *Biblici* non dependet ab *autoritate* Autoris secundarij, per quem scriptus est; quippe qui, quantuscumque inter homines fuerit, in se tamen, ut homo, fallibilis: sed *autoritatem* suam infallibilem ab *Autore primario*, qui solus infallibilis est, *DEO* seu *Spiritu DEI* sancto habet: utique scriptum, cujus hic Autor principalis est, *autoritatem* suam obtinebit, si maximè Autor ejus secundarius ignoretur. Et quemadmodum *liber Judicum*, quamvis de *Autore* ejus secundario non constet, indubiè nihilominus *autoritatis Canonice* esse agnoscitur: ita *libellus* quoque *Ruth*, licet de *Autore* ejus secundario dubitetur, non minus pro *Canonico* agnoscendus est, imprimis si idem utriusque Autor secundarius putabitur, eadem quoque utriusque, *ratione Autoritatis Canonice*, ratio erit, in quam *Spiritus Sanctus* etiam omnes libros *Canonicos* virtute suâ collocat. Quæ ejus virtute semper etiam factum est, ut *Ecclesia*, tam *Veteris* quam *Novi Testamenti*, *libellum* quoque *Ruth* nostrum in numero librorum *Canonicorum* constantè habuerit. Neque etiam *Verbis* librorum *Canonicorum* destituitur: de quibus videatur in primis Dn. D. Gerhard. Exeg. *Loci de script. Sacr.* p. 80. seqq. & ipso libro *Ruth* p. 137. seq. *Tempus IV.* quo *Historia Ruth* contigit, clarè quidem, se cum magnâ latitudine, annotatum est in *vers. 1.* quo dicitur; *Factum est in diebus, quibus judicaverunt Judices.* Nam ex *Chronologia* *Judicum* *Israëliticorum* constat satis, quod dies *Judicum* ultra trecentos annos includat: quæ certè ingens latitudo est, quæ de determinato facti tempore *Lectorem* planè relinquit dubium. Unde etiam variantes natae sunt de hoc sententiæ. De quibus Dn. D. Gerhard. L. *suprà* alleg. p. 138. R. D. Kimchi, inquit, in *cap. Ruth*, & alij ex *Rabbinis* statuunt, *Booz*, qui *Rutham* in uxorem duxit, fuisse *Judicem* illum, qui *Judic. 12. vers. 8.* vocatur *יבזן* Ebzan, qui scilicet *Jephtham* proximè fuit secutus. *Tremellius* ex *collocatione Matth. 1. vers. 5.* & *finis* hujus libri ostendere conatur, tempore *Deboræ* hanc *historiam* contigisse. *Contra* verò *Augustinus* lib. 2. de *doctr. Christ.* cap. 8. ad *Regum principia* tempus hujus *historie* refert, cum quo coincidit, quod *Joseph. ub. 5. Antiq.* & *Hugo Cardinalis* ad *Heli Sacerdotis* tempus eum revocant. Addit sententijs istis Dn. D. Calov. ad v. 1. *Salianum & Cornelium à Lap.* qui ad tempora *Abimelechi*; alios

Noomia. Sic Ies. IX. v. 5. Puer natus est nobis &c. IV. Abben-Efra putat 70 דוד referri posse simul ad Iischaicum & Obedum. Sed simplicissimum est; Hic est pater Iischaici patris Davidis. Ita etiam Chaldeus accipiendus est. V. De ratione Nominis Obed ita coniecturat Dn. D. Brentius h. l. עובד Obed. Hebraei significat servum seu agricolam. Inditur ergo hoc nomen filio Ruib, fortassis ideò, ut sit monumentum, quod nuptiae inter Boas & Ruib, inter servos demerentes segetem, copulatae sint, quae modum supra scriptum est. Melius, ut opinor, Nomen עובד Obed, derivatur ex Verbo עבד, quatenus significat, Fecit, operatus est. Quomodo convenit cum praecedentibus verbis; Natus est filius Noomia, in commodum, qui erit etiam hoc עובד faciens, adimplens. In spem itaq; quod facturus esset & curaturus commodum Noomia, vocaturum eum Obed. h. e. Facientem, ut recordatus nominis sui fideliter faceret. Abben-Efra h. l. exponit, עובד Colens DEUM: sed ex levi ratione.

Verf. 18. 22.

18. ואלה תולדות פרץ פרץ הוליד את חזרון: וחזרון הוליד את רם ורם הוליד את עמינדב: ועמינדב הוליד את נחשון ונחשון הוליד את שלמה: ושלמה הוליד את בען ובען הוליד את-עובד: ועובד הוליד את ישי וישי הוליד את דוד:

Hæ (enim) sunt generationes Perezii: Perezus genuit Chezronem: Chezron autem genuit Ramum: Ramus vero genuit Amminadabum: Porro Amminadabus genuit Nachschonem: at Nachschon genuit Salmonem: Salmon autem genuit Boasum, & Boasus genuit Obedum: Obed denique genuit Iischaicum, & Iischaicus genuit Davidem.

Annotation.

R Salomo I. hunc facit cum praecedentibus nexum: Quoniam Genealogiam Davidis deduxit ad Rutham Moabridem: verum eam refert ad Iudam. Nos malumus ita auctere: quoniam sub finem versus praeced. dictum est, quod Obed fuerit pater Iischaici patris Davidis. nunc amplius exponit per deductionem Genealogiae inde à Perez, quomodo id verum & clarum sit. Vnde subaudiri potest כי, nam, enim, exegeticum; Ha enim sunt generationes &c. II. De Chronologia hic solliciti sunt, ut ostendant, quae ratione anni ab exitu ex Aegypto usque ad Nativitatem Davidis in quinque generationes, Nachschonem, Salmonem, Boasum, Obedum & Iischaicum distribui possint & debeant. Quae de re prolixiores sunt hoc loco R. Abben-Efra & Dn. D. Calovius: quorum propter ea verba non adducimus. Sufficit nobis, quod Dn. D. Brentius h. l. annotat; Haec omnia ad Verbum in Genealogiam Christi a Matthaeo translata sunt, ut sciamus, hanc historiam non tam in Davidem, quam in Iesum Christum respicere, qui ab omnibus adhaerens est Salvator & Redemptor humani generis, & ut discamus, quam admirabili clementia Dominus abjectos & contemptos in maximam gloriam & maiestatem extollat. Sic ille. Ex collatione etiam huius Genealogiae cum Genealogia Christi apud Matthaeum discipotes, quam exacte DEUS promissionem nascendi è tribu Iudae Messiae adimpleverit.

SOLI DEO GLORIA!




INDEXI.

VOCABULORUM HEBRAICORUM.

א	אֵפָה	Epha hordeorum.	47.	אֵימָה	Cognatio.	54.
אִישׁ	אִישׁ	Vir.	8.	מַחְלוֹן	Infirmitas.	9.
אֵל	אֵל	Ne.	21.	מִי	Quis.	70.
אֱלֹמֶלֶךְ	אֱלֹמֶלֶךְ	Deus meus est Rex.	9.	מַכִּיר	Agnoscens	49.
אֱמָנָם	אֱמָנָם	Vere est.	66.	מְנוּחָה	Quies.	19. 53.
	בֵּית	Domus.	35.	מַעֲיָם	Viscera.	20.
	בַּיִת	Redemptio.	81. 89.	מֵרָא	Amara.	27.
	הַיּוֹם	Hodie.	72.			
	זֶה	Hoc.	36.			
חָבַט	חָבַט	Excussit.	47.	נַעֲמִי	Deliciae mex.	9.
כָּל	כָּל	Omnis generis felicitas.	86.	נָפַל	Cecidit.	72.
חַן	חַן	Gratia.	39.	נִשְׁקָה	Osculatus est.	19.
חַסְדֵּךְ	חַסְדֵּךְ	Misericordia.	17. 64.			
	טוֹב	Bonum.	67.			
יֵשׁב לְבוֹ	יֵשׁב לְבוֹ	Bonum factum est cor ejus.	60.			
	כָּל הָעִיר	tota urbs.	27.			
כִּי	כִּי	Utrique.	19.			
כָּלִיךְ	כָּלִיךְ	Consumptio.	9.			
כְּלִים	כְּלִים	Vasa.	38.			
כָּלְכָל	כָּלְכָל	sustentavit.	88.			
	צָבַט	Porrexit.	44.			
	צִוְחָה	Præceperat.	58.			
	צָמָא	Sitivit.	38.			
	שָׂאֵל	Reliquum esse.	11.			
	שָׂרִי	Fulminator.	28.			
	שָׁלֵךְ	Excutiendo excutite.	46.			
	תְּמוֹרֵךְ	Mutatio.	82.			

M 2

INDEX




INDEX II.
LOCORVM SCRIPTVRÆ S.
VET. TEST.

GENESIS.
CAP. XXVIII. vers. 10. 16.
XXXV. 19. 9.
XXXIIX. 9. 81.
EXODUS.
CAP. IX. vers. 11. 11.
LEVIT.
CAP. XXV. vers. 25. 50.
DEUTERON.
CAP. VI. vers. 16. 7.
VII. 3. 11. 1q.
XXV. 5. 5qq. 78. 1qq.
L. JOSUÆ.
CAP. XXIV. 9. 15.
L. JUDICUM.
CAP. VI. vers. 2. 8.
3. 5qq. 7.
I. SAMUEL.
CAP. XXI. vers. 3. 74.
XXII. 3. 4. 8.
XXV. 36. 60.
II. REGUM.
CAP. VI. vers. 8. 74.
PSALTER.
Pl. XVII. vers. 8. 41.
XC. 4. Ibid.
JESAJAS.
CAP. IX. vers. 5. 89.
NOV. TEST.
LUCAS.
CAP. I. vers. 59. 5qq. 89.
II. TIMOTH.
CAP. II. vers. 9. 39.

INDEX III.
RERUM PRÆCIPUARUM

A.
Ala Dei 41. sq.
Alas expandere, quid? 61. 1qq.
Amicæ compositiones. 73.
Areas & torcularia tempore Ruthæ
extra urbes in agris habebant. 48
Arista tosta. 44.
Autoritas Libri cujusque Bibliici
non dependet ab autoritate Au-
toris Secundarij, sed Primarij. 3.
B.
Boas consanguineus Elimele-
chi. 29. sq.
Ejus salutatio, quâ salutavit mes-
sores. 32. sq.
optimo animo quæsit de Ru-
tha, quænam esset? 34.
ejus Pietas à Grotio commen-
data. 41.
non plus præstitit, quàm Lex
Mosaica jubet. 45.
ejus Misericordia laudata. 50.
quate ventilaverit noctu hor-
dea? c. 54.
Calamitates ad gloriam dedu-
cunt. 25.
Calcei traditio quid? 82. sq.
Cognosci quid sit? 56.
Colligere In manipulis, & colligere
Inter manipulos, quid? 45.
Confidentes & Seniores populi
quomodo distinguantur? 77.
Consolatio per verbum Dei. 43.
Contractus legitimè coram testi-
bus fieri debent. 84.
Contractibus Civilibus uti licet. 75.
D. De-




D.
Domus Judicij quid? 73.
E.
Elimelech num rectè aut licitè
fecerit, quod in terra idolola-
trarum securitatem quæsi-
vit & panem? 8.
ejus mortis quæ fuerit causa? 10.
à Rabbiniis pro viro magno &
divite, immisericorde tamen ha-
betur. 8. 10.
ejus Nomen & Patria. 9. 10.
Ephrata & Bethlehem una eadem-
que urbs sunt. 86.
Exitus Justi è Loco aliquo nota-
bilis. F. 16.
Fames quare in terra Canaan fre-
quenter obtigerit? 6. sq.
Famis tempora quare veniant? 5. sq.
Frater pro quovis consanguineo
usurpatus. G. 90.
Genealogia Obed. 90.
Goel Ruthæ nolens defuncto exci-
tare semen laudari non potest.
80 sq.
Gratia Dei parit gratiam hominū 37
H.
Habitare in agris quid significat? 10. 15
Historia Ruth quo tempore con-
tigerit? 3. sq.
quo sine scripta? 4. sq.
I.
Inebriari quid in Scriptura S. signi-
ficet? 44.
Intrare ad uxorem quid? 87.
Invenire gratiam in oculis alicujus
quid? 31. 39.
Ire post Juvenes, quid sit? 65.

Israelitæ in casu necessitatis inter
idololatrias peregrinari salva re-
ligione potuerunt. 8.
Israeliticæ Reip. liberrimus status
sub judicibus. 73
Jus Redimendi apud Israelitas. 77.
L. 5qq.
Leges generales Mosaicæ morales
non restringuntur, sed exempli-
ficantur. 46.
Leviratus ratio, Hebrais data, Gen-
tilibus communis non fuit. 20.
ad Leviratum præstandum qui
fuerint obligati? 22.
Libellus Ruth cur hoc nomine in-
scriptus? 1.
de ejus Autore Secundo quid
habeatur? 1. 5qq.
Ejus Autoritati Canonice nihil
decedit. 3.
Loqui super cor alicujus, quid in
Scripturæ S. significet? 43.
M.
Machson & Kilion cur dicantur Ephra-
tæi? 9.
num contra Legem Divinam pecca-
verint, dum extraneas uxores, mu-
lieres Moabitidas, duxerunt? 11. sq.
Magistri inepti subtilitatis. 47. sq.
Matrimonium non clam contrahendum. 86
Misericordia de hominibus usurpata non
excludit omne debitum. 17.
Misericordiam cum mortuis facere, quid
sit? 17. sq.
Moabitarum humanitas & hospitalitas. 10.
Mulieres Israel: domi vilioribus vestibus
usæ, illotæ & non unctæ domo exire
solitæ non sunt in publicum. 55.
earum congratulatio propter reditum
Noomiz. 27.
propter redemptionem Ruthæ. 87. sq.
N. No-

N.
 Nominis impositio 89.
 Noomiæ viduitas. 11. 13. 14.
 reditus in Patriam. 14. sqq.
 non voluit ut nurus suæ ad deos falsos redirent. 17. 23. sq.
 exploravit & tentavit prudeater nurrum animos. 21. 24.
 ejus osculum valedictorium. 19.
 gratitudo erga Boasum. 49. sq.
 rectenè fecerit suadendo Ruthæ ut descenderet in aream Boasi. 53. sqq.
 qui factum ut non agnoverit Rutham reversam ex agro? 70.
 quomodo vendiderit portionem agrorum. 75. sq?
O.
 Opera nostra nihil merentur. 41.
 Orpha, quod, à gigante Rapha ducta, mater Goliathi Philistæi fuerit, futile commentum est. 13.
 commodum terrenum speravit, si securura esset Noomiam. 16. 20. 23.
 ejus osculum valedictorium. 23.
 discessus à focu suâ necludari nec excusari debet. Ibid.
 Osculum valedictorium. 19. 23.
P.
 Pars agri quid sit? 75.
 Perdere hereditatem suam, quid significet? 80. sq.
 Porta, Porta urbis, Porta populi quid? 66. 72. sq.
 Projectio sui super facies & incurvatio in terram, usque. 38. sq.
 Profelytorum examen quomodo instituendum? docent Rabbini. 24.
 Puellæ quævis mulieres juvenulæ, sive virgines sive maritatæ sive viduæ. 34.
 Pueri Hebræis dicuntur quivis, non tantum ætate, sed etiam servitio & ministerio juvenes. Ibid.
Q.
 Quies Ruthæ à Noomia quæsitæ. 53.
R.
 Redemptor propior. 66.
 Redemptio specialiter sumpta. 81.
 Redemptionis ius (v. Tit. Ius.)

Retributio honorum erga proximum operum apud Deum est Misericordia, non meritum. 17.
 Revelare aliquid auri vel auribus alicujus, quid sit? 77.
 Ruth Libellus. (v. Tit. Libellus.)
 Historia (v. Tit. Historia.)
 Rutham fuisse filiam Eglonis, Regis Moabitici, futile commentum est. 12. sq.
 Rutha & Orpha non tantum in domum, sed & in religionem maritorum concesserunt. 13.
 jussa qualibet à Noomia reverti ad domum Matris suæ. 16. sq.
 fleverunt, sed diverso animo. 22. sq.
 Rutha à focu suâ divelli non voluit 24. sq.
 abnegat suam gentilitatem & idololatriam. 25.
 ejus obedientia & industria. 30. sq.
 36. 57. sq.
 Modestia 35.
 in agrum Boasi manu Dei ducta. 31. sq.
 non ob temporale commodum secuta est. 40.
 ejus sollicitudo & diligentia. 45.
 habitatio cum focu pia, modesta, concors, 52.
 habitus mutatus, 55.
 rectenè fecerit Noomiæ mandatam exequendo de descensu in aream Boasi. 58. sq.
S.
 Satiari quid in Scriptura S. significet? 44.
 Seniores in populo Isr. qui? 74. 77.
 Sex hordes. 69.
 Sexus diversi apud Hebræos non mixtım conversati sunt. 37.
 Suscitare nomen mortui quid sit? 84.
T.
 Threnorum Libellus. 2.
V.
 Venditio duplicis generis. 81. sq.
 Viduarum & pupillorum luctuosa conditio. 11.
 Viro esse, quid Hebræis significet? 21.
 Votum populi quo Boaso redimenti Rutham gratulabatur. 85. sq.
 mulierum. 87. sq.



Országos Rabbiképz. — Zsidó Egyetem Könyvtára

